

En torno a las composiciones litúrgicas latinas de la Hispania medieval en honor de Leandro de Sevilla († 602)*¹

JOSE CARLOS MARTÍN-IGLESIAS
Universidad de Salamanca
jocamar@usal.es

La figura del obispo Leandro de Sevilla (ca. 675-602) ha quedado oscurecida por la de su hermano y sucesor en el cargo Isidoro de Sevilla (602-636)². La *Biblioteca Hagiographica Latina* únicamente recoge dos piezas dedicadas a san Leandro: la *Vita ss. Leandri, Isidori Hispalensis, Fulgentii Astigitani et Braulionis CaesarAugustani* (BHL 4810)³ y una breve noticia incluida en el *Legendarium* de Pietro Calò da Chioggia (OP) († 1348) (BHL 9039, n.º 192), inédita⁴.

Una búsqueda en los manuscritos litúrgicos de origen hispánico me ha llevado a encontrar algunas composiciones en honor de Leandro de Sevilla que, por lo que alcanzo a saber, permanecen inéditas. Son las siguientes:

- 1) Burgo de Osma, Biblioteca Capítular, 2B, s. xv, el segundo de los dos volúmenes del Breviario de Osma encargado por Pedro de Montoya,

* Recibido em 31-12-2013; aceite para publicação em 30-04-2014.

¹ Este artículo se inscribe en las líneas de investigación del proyecto FFI2012-35134.

² Sobre Leandro de Sevilla puede consultarse U. DOMÍNGUEZ DEL VAL, *Historia de la antigua literatura latina hispano-cristiana*, vol. 2, Madrid, 1997 (Corpus Patristicum Hispanum, 5), pp. 431-478; M.ª A. ANDRÉS SANZ, "Leandro de Sevilla", in M.ª A. Andrés Sanz, S. Iranzo Abellán, J. C. Martín-Iglesias, D. Paniagua Aguilar, *La Hispania visigótica y mozárabe. Dos épocas en su literatura*, C. Codoñer (coord.), Salamanca, 2010 (Obras de referencia, 28), pp. 63-68; J. R. C. MARTYN, *Saint Leander, Archbishop of Sevilla: A Book on the Teaching of Nuns and a Homily in Praise of the Church. Edited and translated with a historical Introduction*, Lanham-Plymouth, 2009.

³ Edición de J. C. MARTÍN-IGLESIAS, "Vita ss. Leandri, Isidori Hispalensis, Fulgentii Astigitani et Braulionis CaesarAugustani ep. (BHL 4810). *Editio princeps*", *e-Spania*, 4, décembre 2007, artículo electrónico, URL: <http://e-spania.revues.org/2472>. Consultado el 04/07/2014.

⁴ Sobre este legendario, titulado *Legendae de tempore* o *Legendae de sanctis* y que contiene también una entrada dedicada a Isidoro de Sevilla (n.º 248 de la compilación), vid. A. PONCELET, "Le légendier de Pierre Calò", *Analecta Bollandiana*, 29, 1910, 5-116; C. GENNARO, "Calò, Pietro", *Dizionario biografico degli italiani*, vol. 16, Roma, 1973, 785-787; R. E. GUGLIEMMETTI, "Le vite latine inedite di santa Irene. Studio e edizione critica", *Filologia Mediolatina*, 18, 2011, 159-279, en las 205-211.

- obispo de Osma (1454-1475), ff. 153vb-155va⁵, tít. “Leandri archiepiscopi Yspalensis .ix. leccionum”, en seis lecciones y completa, pese a lo que se afirma en el título, un ambicioso opúsculo elaborado a partir de las siguientes fuentes: Gregorio Magno, *Dialogi* (lib. 3,31), *Registrum epistularum* (epist. 9,228) y *Moralia in Iob* (epist., §§1, 5); Isidoro de Sevilla, *De uiris illustribus* (capp. 27-28); Félix de Toledo, *Vita s. Iuliani* (capp. 4-5) y quizás el *Epitaphium Leandri, Isidori et Florentinae* (lín. 13)⁶.
- 2) Madrid, Biblioteca Nacional, 275, s. XIV, un breviario de origen hispano, ff. 28v-31r⁷, tít. “In sancti Leandri episcopi et doctoris”, en nueve lecciones, hace uso de las mismas fuentes que la *Vita s. Leandri* del Breviario de Osma citado en la nota precedente, pero no de forma directa, sino por intermedio precisamente de esa *Vita s. Leandri*, y suma a ellas la *Historia de rebus Hispanie* de Rodrigo Jiménez de Rada (lib. 2,14-15) y la *Vita s. Isidori* (BHL 4486) (§§2, 6, 10, 12 y 14).
 - 3) Madrid, Biblioteca Nacional, 1682, s. XIII, f. 105va-vb⁸, un santoral de origen hispano, tít. “Sancti Leandri episcopi Leccio”, un epítome de la entrada sobre Leandro en el *De uiris illustribus* de Isidoro de Sevilla (cap. 28), en un sola lección.
 - 4) Madrid, Biblioteca Nacional, 5834, s. xv, un leccionario para uso de los Jerónimos, de origen castellano, ff. 27r-28r⁹, tít. “In festo sancti Leandri archiepiscopi”, en ocho lecciones, es la misma pieza de Madrid, BN, 275 (n.º 2).

⁵ Bibliografía: T. ROJO ORCAJO, “Catálogo descriptivo de los códices que se conservan en la Santa Iglesia Catedral de Burgo de Osma”, *Boletín de la Real Academia de la Historia*, 94, 1929, 655-792, en las 676-686 (cód. 2A) y 687-691 (cód. 2B); J. JANINI, *Manuscritos litúrgicos de las Bibliotecas de España*, vol. 1. *Castilla y Navarra*, Burgos, 1977, pp. 37-38 (n.º 3).

⁶ En efecto, si bien la fecha de la era hispánica de la muerte de Leandro de Sevilla en esta *Vita* es la misma que figura en el *Epitaphium*, no ocurre así con el día en concreto del óbito: “die tercia idus marcii” en esta *Vita* (n.º 94), pero “die II idus marcias” en el *Epitaphium* (v. 13). Esto podría deberse simplemente a un error de transmisión en el código del *Epitaphium* manejado por el autor de la *Vita*, un error, por lo demás, no conservado en ninguno de los manuscritos conocidos del *Epitaphium*, vid. J. C. MARTÍN-IGLESIAS, “El *Epitaphium Leandri, Isidori et Florentinae* (ICERV 272) o la compleja transmisión manuscrita de un texto epigráfico. Nueva edición y estudio”, *Euphrosyne*, n. s. 38, 2010, 139-163, en las 154-155 (edición y aparato crítico). Pero deja abierta asimismo la posibilidad de que se haya tomado este dato de otra fuente, quizás de la misma de la que procede la noticia de que el citado obispo fue enterrado en la iglesia de Santa Justa y Santa Rufina de Sevilla, un dato que no se encuentra en el *Epitaphium*, ni en el *De uiris illustribus* de Isidoro de Sevilla ni en ninguna otra fuente antigua.

⁷ Bibliografía: *Inventario General de manuscritos de la Biblioteca Nacional*, vol. 1, Madrid, 1953, pp. 200-203.

⁸ Bibliografía: *Inventario General de manuscritos de la Biblioteca Nacional*, vol. 5, Madrid, 1959, pp. 67-71.

⁹ Bibliografía: J. JANINI, J. SERRANO (con la colaboración de A. M. MUNDÓ), *Manuscritos litúrgicos de la Biblioteca Nacional*, Madrid, 1969, pp. 77-78 (n.º 55); *Inventario general de manuscritos de la Biblioteca Nacional*, vol. 11, Madrid, 1987, p. 35.

- 5) Madrid, Biblioteca Nacional, 6086, s. xv, Breviario de Sevilla, ff. 173ra-175ra¹⁰, tít. “In festo sancti Leandri archiepiscopi Yspalensis”, en seis lecciones, es el mismo opúsculo de Madrid, BN, 275 (n.º 2) y 5834 (n.º 4), resumido en algunos pasajes en una versión próxima sobre todo al códice 5834.
- 6) Madrid, Biblioteca Nacional, 8902, s. xv, Breviario de Toledo para uso del convento de Uclés (Cuenca), f. 204v¹¹, tít. “In natale sancti Leandri episcopi et confessoris”, en seis lecciones, que siguen la noticia del *De uiris illustribus* de Isidoro de Sevilla sobre Leandro de Sevilla (cap. 28, lín. 1-23).
- 7) Salamanca, Biblioteca General Histórica de la Universidad, 227, s. xv, Breviario de Calahorra, ff. 302rb-302vb¹², tít. “In sancti Leandri archiepiscopi Yspalensis”, en tres pequeñas lecciones, que coinciden con el comienzo de la *Vita s. Leandri* del Breviario de Osma (n.º 1) (n.º 7-12 y 15).

Ofrezco a continuación la *editio princeps* de las dos piezas más interesantes entre las vistas en el apartado precedente¹³.

¹⁰ Bibliografía: JANINI, SERRANO, *Manuscritos litúrgicos*, op. cit., pp. 79-80 (n.º 57); *Inventario general de manuscritos de la Biblioteca Nacional*, vol. 11, op. cit., p. 102; M.^a L. PARDO RODRÍGUEZ, E. E. RODRÍGUEZ DÍAZ, “La producción libraria en Sevilla durante el siglo xv: artesanos y manuscritos”, in E. Condello, G. De Gregorio (eds.), *Scribi e colofoni. Le sottoscrizioni di copisti dalle origini all'avvento della stampa. Atti del seminario di Erice. X Colloquio del Comité international de paléographie latine (23-28 ottobre 1993)*, Spoleto, 1995 (Biblioteca del Centro per il collegamento degli studi medievali e umanistici in Umbria, 14), pp. 187-221, en la p. 221 (n.º 28).

¹¹ Bibliografía: JANINI, SERRANO, *Manuscritos litúrgicos*, op. cit., pp. 100-101 (n.º 78); *Inventario general de manuscritos de la Biblioteca Nacional*, vol. 13, Madrid, 1995, p. 138.

¹² Bibliografía: JANINI, *Manuscritos litúrgicos*, vol. 1, op. cit., pp. 232-233 (n.º 278); Ó. LILAO FRANCA, C. CASTRILLO GONZÁLEZ (eds.), *Catálogo de manuscritos de la Biblioteca Universitaria de Salamanca*, vol. 1, Salamanca, 2002, vol. 1, p. 184.

¹³ Abreviaturas de las fuentes por orden alfabético: Epitaph. Leand.: *Epitaphium Leandri, Isidori et Florentinae* (ICERV 272), ed. MARTÍN-IGLESIAS, “El *Epitaphium*”, op. cit., p. 154; Felix uita Iulian.: Felix Toletanus ep., *Vita s. Iuliani* (BHL 4554), ed. *Patrologia Latina* 96, coll. 445-452; Greg. M. dial.: Gregorius Magnus, *Dialogi* (CPL 1713), ed. A. DE VOGŮÉ, *Grégoire le Grand. Dialogues*, 3 vols., Paris, 1978-1980 (Sources chrétiennes, 251, 260, 265); Greg. M. epist.: Gregorius Magnus, *Registrum epistularum* (CPL 1714), ed. D. NORBERG, *S. Gregorii Magni Registrum epistularum*, 2 vols., Turnhout, 1982 (CC SL 140-140A); Greg. M. moral.: Gregorius Magnus, *Moralia in Iob* (CPL 1708), ed. M. ADRIAEN, *S. Gregorii Magni Moralia in Iob*, Turnhout, 1979-1985 (CC SL 143-143B); Isid. uir. ill.: Isidorus Hispalensis ep., *De uiris illustribus* (CPL 1206), ed. C. CODOÑER, *El De uiris illustribus de Isidoro de Sevilla. Estudio y edición crítica*, Salamanca, 1964 (Theses et Studia Philologica Salmanticensia, 12); Rod. Xim. hist.: Rodericus Ximenii de Rada, *Historia de rebus Hispanie*, ed. J. FERNÁNDEZ VALVERDE, *Roderici Ximenii de Rada Historia de rebus Hispanie siue Historia Gothica*, Turnhout, 1987 (CC CM 72); Vita Isid.: *Vita s. Isidori* (BHL 4486), ed. *Acta Sanctorum, Aprilis I, Antverpiae*, 1675, pp. 330-351.

A. Vita s. Leandri de Burgo de Osmá, BC, 2B, s. xv, ff. 153vb-155va (B). Es claramente la fuente de inspiración de la *Vita s. Leandri* conservada en el códice Madrid, BN, 275 y editada a continuación. El hecho de que su autor no se sirviese de los materiales proporcionados por la *Vita s. Isidori* (BHL 4486) y la *Historia de rebus Hispanie* de R. Jiménez de Rada hace pensar que podría ser anterior a estas obras, esto es, anterior al s. XIII o, al menos, a la segunda mitad del s. XIII. Debe tenerse en cuenta, no obstante, que, a diferencia de la *Historia de rebus Hispanie*, la *Vita s. Isidori* (BHL 4486) no conoció una gran difusión temprana¹⁴.

¹^{153vb} Leandri archiepiscopi Yspalensis .ix. leccionum.

²Omnia preter sequencia dicantur de comuni unius confessoris pontificis.

³Oratio. ⁴Deus, qui per beatissimum Leandrum confessorem tuum atque pontificem heretice prauitatis excludere fecisti dogma, eius interuentu, quesumus, omnium cogitationum nostrarum malorumque facinorum facias extinguere flammam. ⁵Per.

⁶Leccio prima. ⁷Leander beatissimus Seueriano patre genitus, natione Cartaginensis, prouincie Yspaniae, professione monachus et ex monacho Spalensis ecclesie prouincie Betice constitutus episcopus. ⁸Vir suauis eloquio et ingenio prestantissimus, uita quoque tanto atque doctrina clarissimus ut etiam fide eius atque industria tota gens Gotorum ab arriana insania ad fidem catholicam conuerteretur, testante beato Gregorio in libro dialogorum, in quo ait: ⁹Sicut multorum, qui ab Yspaniarum partibus ueniunt, relatione cognouimus, nuper Erminigildus, ¹⁰^{154ra} Leouigildi regis Gotorum filius, ab arriana heresi ad catholicam fidem, uiro reuerentissimo Leandro Spalensi episcopo predicante, dudum michi in amicitia familiariter iuncto, conuersus est. ¹¹Quem pater eius arrianus, ut ad eandem heresim redderet, et premiis suadere et minis terrere conatus est. ¹²Cumque ille constantissime responderet numquam se ueram fidem posse relinquere, quam semel a beato Leandro agnouisset, iratus pater eum priuauit regno rebusque omnibus expoliari. ¹³Cumque nec sic uirtutem mentis illius emollire ualuisset, in arca illum custodia concludens, collum manusque illius ferro ligauit. ¹⁴Tu autem.

¹⁵Leccio II^a. ¹⁶Cepit idem Erminigildus rex iuuenis terrenum regnum despiciere et forti desiderio celeste querere, in ciliciis uinculatus iacere, omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despiciere, quanto et ligatus agnouerat nil fuisse quod potuisset auferri.

¹⁷Superueniente autem paschalis festiuitatis die, intempeste nocis silencio ad eum perfidus arrianus episcopum misit ut eius manu sacrilega communionem perciperet atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. ¹⁸Sed uir Deo deditus, docente beato Leandro, exprobrauit arriano episcopo, ut debuit, eiusque perfidiam a se dignis increpationibus reppulit, quia etsi exterius iacebat

¹⁴ Sobre la tradición manuscrita de la *Vita s. Isidori* (BHL 4486), vid. J. C. MARTÍN-IGLESIAS, "El corpus hagiográfico latino en torno a la figura de Isidoro de Sevilla en la Hispania tardoantigua y medieval (ss. VII-XIII)", *Veleia*, 22, 2005, 187-228, p. 191 n. 17 (a la lista de los manuscritos mencionados en ese trabajo debe sumarse Toledo, Archivo y Biblioteca Capitulares, 15-11, del s. XIII, que transmite unos extractos de la citada *Vita* en los ff. 1r-2v). Sobre la tradición manuscrita de la *Historia de rebus Hispanie*, vid. FERNÁNDEZ VALVERDE, *Roderici*, op. cit., pp. XII-XVI.

ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus.¹⁸ Ad se itaque reuerso episcopo, arrianus pater infremuit statimque suos apparitores misit qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi iacebat, occiderent.¹⁹ Quod et factum est.²⁰ Tu autem.

²¹Leccio III^a. |^{154rb} ²²Nam mox ut ingressi sunt apparitores, securem cerebro eius infingentes, uitam corporis abstulerunt.²³ Hoc quoque in eo ualuerunt perimere quod ipsum quoque, qui peremptus est, in se constiterat despexisse.²⁴ Sed pro ostendendo uera, superna quoque non defuere miracula.²⁵ Nam cepit in nocturno silencio psalmodie cantus ad corpus eiusdem regis et martiris audiri, ideo ueraciter regis, quia martiris.²⁶ Quidam etiam ferunt quod illi nocturno tempore accense lampades apparebant.²⁷ Vnde factum est quatinus corpus illius, uidelicet martiris, iure a cunctis fidelibus uenerari debuisset.²⁸ Pater uero eius perfidus et parricida, ammonitus a beato Leandro, commotus penitencia, hoc fecisse se doluit, nec tamen usque ad obtinendam anime salutem peruenit.²⁹ Nam quia uera esset catholica fides, per beatum Leandrum agnouit, sed gentis sue timore perterritus ad hanc peruenire non meruit.³⁰ Qui, oborta egritudine, ad extrema perductus, beato Leandro, quem prius uehementer afflixerat, Recaredum regem filium, quem in sua heresi relinquebat, commendare curauit ut in ipso talia faceret qualia in fratre illius suis exortationibus fecisset.³¹ Qua uidelicet commendatione completa, defunctus est.³² Post cuius mortem beatus Leander suscepit Recaredum regem et docuit eum omnem catholicam fidem.³³ Qui conuersus ab arriane hereseos prauitate, non patrem perfidum, sed fratrem sequens martirem, totam Gotorum gentem ita per predicationem beati Leandri ad ueram fidem perduxit ut nullum suo regno militare permetteret, qui in regno Dei per hereticam perfidiam hostis existere non timeret.³⁴ Nec mirum si uere fidei predicator factus |^{154va} est, qui tantum et talem doctorem et fratrem meruit habere martirem.³⁵ Tu autem.

³⁶Leccio III^a. ³⁷Hidem etiam beatus Gregorius rogatu beati Leandri librum Iob mistico ac morali sensu disseruit.³⁸ Scripsit etiam beatus Gregorius quasdam epistolas ad beatum Leandrum, e quibus una eisdem libris Iob titulo prefationis adnectitur.³⁹ Ait enim: ⁴⁰Domino reuerentissimo et sanctissimo fratri Leandro episcopo Gregorius seruus seruorum Dei.⁴¹ Dudum te, frater beatissime, in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illic sedis apostolice responsa constringerent et te illuc iniuncta pro causis fidei Gotorum legatio perduxisset, omne in tuis auribus, quod michi de me displicebat, exposui.⁴² Tunc inter cetera colloquia, te cogente, placuit, sicut ipse meministi, ut librum beati Iob exponerem, inopportuna me petitione compulisti et, prout ueritas uires infunderet, tibi misteria tante profunditatis aperire.⁴³ Qui hoc quoque michi in onere tue petitionis addidisti ut non solum uerba ystorie per allego-riarum sensus excuterem, sed allego-riarum sensum protinus in exercitium moralitatis inclinarem.⁴⁴ Adhuc aliquid grauius adiunxisti ut intellecta queque testimoniis cingerem et prolata testimonia, si simplicia fortasse uiderentur, interpositione superaddite expositionis enodarem.⁴⁵ Ego uero, prout Deus dedit, exposui.⁴⁶ Quam uidelicet expositionem recensendam tue ut beatitudini, non quia uelut dignam debui, sed quia, te petente, memini promisisse, transmissi.⁴⁷ In qua quicquid tua sanctitas trepidum incultumque reperit, tanto michi celerrime indulgeat, quanto hec me egrum |^{154vb} dicere non ignorat.⁴⁸ Tu autem.

⁴⁹Leccio V^a. ⁵⁰In alia quoque epistola ita ei idem Gregorius misit dicens: ⁵¹Sanctitatis tue suscepi epistolam solius karitatis calamo scriptam. ⁵²Ex corde enim lingua tinxerat quod certe in pagina refundebat. ⁵³Boni autem sapientesque uiri, cum legeretur, adfuerunt. ⁵⁴Quorum statim uiscera in compunctione commota sunt. ⁵⁵Cepit quisque amoris manu in suo corde te rapere, quia in illa epistola tue mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. ⁵⁶Accendebantur singuli atque ipse ignis audiencium demonstrabat quis fuerit ardor dicentis. ⁵⁷Nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succedunt. ⁵⁸Vbi ergo uidimus quanta caritate tua mens arserit, que sic et alios accendit. ⁵⁹Vitam uero uestram, cuius ego semper cum magna ueneratione reminiscor, minime nouerant, sed eis altitudo uestri cordis patuit ex humilitate sermonis. ⁶⁰Vitam autem meam cunctis esse immitabilem, illa uestra epistola loquitur. ⁶¹Sed quod non est ita ut dicitur, sit ita quia dicitur, ne, qui non soleat, menciatur. ⁶²Sed inter hec propter omnipotentem Deum te deprecor in perturbationum fluctibus elapsum: ⁶³Tue orationis manu me tene. ⁶⁴Quasi enim prospero flatu nauigabam, cum tranquillam uitam in monasterio ducerem, sed procellosis subito motibus tempestas exorta in sua perturbatione me rapuit et prosperitatem itineris amisi, quia, quiete perdita mentis, naufragium pertuli. ⁶⁵Ecce nunc in undis uersor et tue intercessionis tabulam quero ut, qui naui integra diues peruenire non merui, saltem post dampna ad litus per tabulam reducar. ⁶⁶De podagre uero molestia sanctitas |^{55ra} uestra, ut scribit, affligitur. ⁶⁷Cuius dolore assiduo et ipse uehementer dolore attritus sum. ⁶⁸Sed facilis erit consolatio, si inter flagella, que patimur, queque fecimus ad memoriam delicta reuocamus atque hec non iam flagella, sed dona esse conspicimus. ⁶⁹Si quid carnis delectatione peccauimus, carnis dolore pungamur. ⁷⁰Preterea ex benedictione beati Petri, apostolorum principis, pallium uobis transmisimus ad sola missarum solennia utendum. ⁷¹Quo transmissio, debui ualde qualiter uobis uiuendum esset admonere, sed locutionem supprimo, quia uerba moribus anteitis. ⁷²Omnipotens Deus sua uos protectione custodiat atque ad celestis remunerationem patrie cum multiplici animarum fructu perducatur. ⁷³Ego autem quanta occupatione deprimor et debilitate, breuis testatur epistola, in qua et ei, quem multum diligo, parum loquor. ⁷⁴Deus te incolumen custodiat, reuerentissime frater. ⁷⁵Tu autem.

⁷⁶Leccio VI^a. ⁷⁷Hic namque beatus Leander scripsit ad beatum Gregorium multas epistolas de baptismo et de aliis rebus ecclesiasticis. ⁷⁸Et in exilii sui peregrinatione composuit duos libros eruditionum sanctarum scripturarum ditissimos aduersus hereticorum dogmata, in quibus uehementi stillo arriane impieratis confudit ac detegit prauitatem, ostendens scilicet quid contra eosdem hereticos habeat catholica ecclesia uel quantum distat ab eis religione uel fidei sacramentis. ⁷⁹Extat et aliud laudabile eius opusculum aduersus arrianorum instituta, in quo, propositis eorum dictis, sue responsioni opponit. ⁸⁰Preterea ad Florentinam sororem suam de institutione uir- |^{55rb} ginum et de contentu mundi edidit libellum unum titulorum distinctionibus prenotatum. ⁸¹Siquidem et in ecclesiasticis officiis idem non paruo elaborauit studio. ⁸²In toto etenim psalterio orationes dupplici editione conscripsit. ⁸³In sacrificiis quoque, laudibus atque psalmis multa dulci sono composuit. ⁸⁴Scripsit quandam epistolam ad fratrem suum, in qua premonet cuiquam mortem non esse timendam. ⁸⁵Ad ceteros quoque episcopos plurimas promulgauit fami-

liares epistolas, etsi non satis splendidas uerbis, acutas tamen sentenciis. ⁸⁶In tantum ip<s>e cotidie in Dei seruicio corpus macerauit talemque se in omnibus exhibuit quod celebre nomen per omnem Yspaniam obtinuit. ⁸⁷Fuit enim uir timore Domini plenus, prudentia summus, consilio cautus, discretionis bone precipuus, elemosinis nimium deditus. ⁸⁸In suffectu opresorum deuotus, in releuatione miserorum promptissimus, in interueniendo discretus, in negotiis dirimendis strenuus, in prouidencia iudicii equus, in sententia parcus, in uindicatione iusticie singularis, in disceptatione laudabilis, in oratione iugis, in diuinis laudibus mirabilis. ⁸⁹Quod si forsitam in officiis diuinis quicquam, ut assolet, difficultatis occurrerit, ad corrigendum facillimus. ⁹⁰Omnium ecclesiarum defensor eximius, in defendendis subditis peruigil, in comprimendis superbis erectus, in sustentatione humilium apparatus, amplectendi humilitatis bonum opimus ac generaliter uniuersa morum probitate conspicuus, in pietate affluens ut non esset cui in angustiis constituto non subuenire uellet. ⁹¹Ita unius karitatis exuberans ut non a se boni quippiam cuiquam postulanti ex karitate prestare desisteret. ⁹²Sic denique se Deo carum maluit in omnibus exhibere et prestabilem se cunctis hominibus ostendere ut et illis placeret propter Deum et omnibus, si fieri posset, deuota satisfaceret mente. ⁹³Tanto nobilium precedentium uirorum dignis meritis coequans, quanto ab eis in nulla uirtute extitit infirmus. ⁹⁴Floruit sub Recaredo uiro religioso ac principe glorioso, cuius etiam temporibus mirabili obitu mortalis uite terminum clausit, die tertia ydus marcii, era sexcentesima XL^a, atque in ecclesia sanctarum Iuste et Rufine, in qua Deo tota mente deseruierat et in qua ordinatus fuerat, tumulatur. ⁹⁵Ibi multa beneficia meritis ipsius et sanctarum Iuste et Rufine infirmis prestantur, largiente Domino nostro Ihesu Christo, qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum. ⁹⁶Amen.

Apparatus criticus

7. spalensis: ispalensis B². 9. spalensis: ispalensi B². 24. ostendendo uera: ostendenda uera eius gloria *fons*. 26. illi: illic *fons*. 28. anime – peruenit: salutem *fons*. 34. tantum – martirem: frater est martyr *fons*. 44. adhuc: aduc B¹. 47. trepidum: tepidum *fons*. 52. certe in: certe B¹, in cartae *fons*. 56. quis: qui *fons*. 57. succedunt: succendunt *fons*. 58. ubi: ibi *fons*. 61. soleat: solet *fons*. 65. reducar *scripsi cum fonte*, reducat B. 69. quid: qui *fons*. | pungamur: purgamur *fons*. 79. sue responsioni: suas responsiones *fons*. 80. contentu: contemptu *intellege*. 85. sentenciis: senciis B¹. 90. bonum: bono *fons*. | opimus B¹ (*cum fonte*), optimus B². 91. unius: munus *fons*.

Fontes

7-8. leander – conuerteretur: Isid. uir. ill. 28 l. 1-7. 9-12. sicut – ligauit: Greg. M. dial. 3,31,1-2. 15-19. cepit – est: Greg. M. dial. 3,31,2-4. 22-32. nam – mortem: Greg. M. dial. 3,31,4-7. 33-34. conuersus – martirem: Greg. M. dial. 3,31,7-8. 37. hidem – disseruit: Isid. uir. ill. 27 l. 9-11. 38. scripsit – adnectitur: Isid. uir. ill. 27 l. 17-19. 40. reuerentissimo – dei: Greg. M. moral. epist. tit. 41. dudum – exposui: Greg. M. moral. epist. 1 l. 1-5. 42-44. tunc – enodarem: Greg. M. moral. epist. 1 l. 43-53. 46-47. quam – ignorat: Greg. M. moral. epist. 5 l. 183-187. 51-61. sanctitatis – menciatur: Greg. M. epist. 9,228 l. 4-18. 62-74. sed – frater: Greg. M. epist. 9,228 l. 45-69. 77. hic – baptismo: Isid. uir. ill. 28 l. 21-22. 78-83. et – composuit: Isid. uir. ill. 28 l. 7-20. 84-85. scripsit – sentenciis: Isid. uir. ill. 28 l. 21-25. 86. celebre nomen ... obtinuit: Felix uita Iulian. 4. 87-93. fuit – infirmus: Felix uita Iulian. 5. 94. floruit – clausit: Isid. uir. ill. 28 l. 25-27. | die – XL^a: cfr Epitaph. Leand. 13.

B. *Vita s. Leandri de Madrid*, BN, 275, s. xiv, ff. 28v-31r (M) y Madrid, BN, 5834, s. xv, ff. 27r-28r (C), en virtud de la datación de *M* y del uso de Jiménez de Rada († 1247) entre las fuentes de la obra, es evidente que esta *Vita s. Leandri* debe fecharse entre la segunda mitad del s. XIII y la primera mitad del s. XIV. Por otro lado, el uso que hace de las mismas fuentes y en el mismo orden que la *Vita s. Leandri* de Burgo de Osma, BC, 2B, que abrevia, en general, muestra que su autor se ha inspirado en la *Vita s. Leandri* editada más arriba. Al tiempo que ha abreviado los materiales de su fuente principal, ha incorporado algunas noticias tomadas de dos nuevas fuentes: la *Vita s. Isidori* (BHL 4486) y la *Historia de rebus Hispanie* de R. Jiménez de Rada.

¹In sancti Leandri episcopi et doctoris.

²Leccio I^a. ³Leander beatissimus duce Seueriano patre genitus, matre uero Turtura, nacione Cartaginensis, prouincie Ispanie, proffessione monachus et ex monacho Yspalensis ecclesie prouincie Bethice constitutus est episcopus. ⁴Vir suauis eloquio, ingenio prestantissimus, uita quoque adque doctrina floruit excellentissimus. ⁵Cumque arriane heresis feruorem tempore Leouigilli regis Gothorum confutare beatus Leander radicitus nequiuisset, pro confirmandis sante et immaculate trinitatis capitulis ad Constantinopolitani presulis sedem transmeauit. ⁶Ibi aderat Gregorius, tunc cardinalis uicem Romani pontificis agens. ⁷Cum quo ipse Leander amicitie fedus pepigit et ab eo postulauit ut moralia Iob sibi exponeret.

⁸Leccio II. ⁹Beatus uero Leander ad propria rediens, armis fidei premunitus contra furentes Leouigildi regis ac principum eius rabies athleta Christi fortissimus, Christi comitante gracia, processit inperterritus. ¹⁰Fide eius atque industria tota gens Gothorum ab arriana insania ad fidem chatholicam est conuersa. ¹¹Dictus uero Leouigildus, arriane perfidie furore replectus, interfecto filio Ermegildo, catholice fidei fidelissimo zelatore, in catholicos uiros persecucione commota, Mausonam Emeritemsem et Fulgencium Astigitanum, Leandrum Yspalemsem santissimos episcopos et alios plurimos exilio rellegauit, ecclesiarum redditus confiscauit et priuilegia eorum tulit. ¹²Multos terroribus arriane pestilencie applicauit plerosque sine persecucione illectos auro rebusque decepit. ¹³Ausus est quoque inter cetera heresis sue contagia catholicos rebaptizare et non solum ex plebe, set ex sacerdotalis ordinis dignitatem, sicut Vincencium Cesaragustanum, quem de episcopo apostatam fecit et tanquam a celo decidit in infernum.

¹⁴Leccio III^a. ¹⁵Et tandem rex Leouigildus a beato Leandro commonitus filium interfecisse se doluit, nec tamen ad obtinendam anime salutem peruenit.

¹⁶Nam quod uera esset catholica fides, per beatum Leandrum agnouit, set gentis sue timore perterritus ad hanc peruenire non meruit. ¹⁷Veniens namque Toletum, celesti urgente iudicio, atrocissima percussus infirmitate precepit filio Recaredo ut episcopos ab exilio reuocaret et Leandrum Ispalensem et eius germanum Fulgencium Astigitanum, qui in doctrina ecclesiastica fulgebant insignes, tanquam patres audiret et eorum monitis obediret. ¹⁸Qua uidelicet commonicione complecta, diem finiuit extremum. ¹⁹Mortuo igitur Leouigildo, factum est ut reuertentem triumphatorem suum Leandrum lecta susciperet Is-

pania. ²⁰Qui substitutum in regno Recaredum, regis et martiris fratrem, in fide catholica docuit et instruxit. ²¹Qui conuersus ab arriane heresis prauitate, non patrem perfidum, set fratrem sequens martirem, tocius Gotice gentis populos per predicacionem beati Leandri ad cultum fidei reuocauit.

²²Leccio III^a. ²³Idem etiam beatus Gregorius rogatu beati Leandri librum beati Iob mistico ac morali sensu disseruit. ²⁴Scipsit quoque beatus Gregorius quasdam epistolas ad beatum Leandrum, ex quibus unam eisdem libris Iob titulo prefacionis annetit. ²⁵Ait enim: ²⁶Domino reuerentissimo et santissimo fratri Leandro episcopo Gregorius seruus seruorum Dei. ²⁷Dudum te, frater beatissime, in Constantinopolim urbe cognoscens, cum me illic sedis apostolice responsa constringerent et te illuc iniuncta pro causis fidei Gothorum legacio perduxisset, omne in tuis auribus quod de me displicebat exposui. ²⁸Tunc inter cetera colloquia, te cogente, placuit, sicut ipse meministi, ut librum beati Iob exponerem, importuna me petitione compulisti et, prout ueritas uires infunderet, tibi misteria tante profunditatis apperirem. ²⁹Qui hoc quoque in honore tue petitionis addidisti ut non solum uerba ystorie per allegaticarum sensus excuterem, set allegaticarum sensus protinus in exercicium moralitatis inclinarem.

³⁰Leccio V. ³¹Adhuc aliquid grauius adiunxisti, ut intellecta queque testimoniis cingerem et prolata testimonia, si implicata forte uiderentur, interposicione superaddite expositionis enodarem. ³²Ego uero prout Dominus dedit disposui.

³³Quam expositionem recensendam tue beatitudini, non quod uelut dignam debui, set quod te petente memini promississe, transmisi. ³⁴In qua quidquid tua sanctitas tepidum incultumque repererit, tanto michi celerrime indulgeat, quanto hec me egrum dicere non ignorat. ³⁵In alia uero epistola respondens beatus Gregorius epistole, quam susceperat a beato Leandro, rescripsit ei comendans ipsius caritatem, quam per dictam epistolam pretendebat, de qua non solum ipsum, set omnes audientes dicit accensos uehementissima caritate.

³⁶Leccio VI. ³⁷Comendat etiam uitam et humilitatem ipsius beati Leandri, rogans ipsum ut oracionis sue manu ipsum teneat, ne in huius mundi procelosis tempestatibus rapiatur. ³⁸Significat de dolore et molestia podagre, quam patitur infirmitatem. ³⁹Insuper mitit ei cum eadem epistola palium ad sola missarum solemniam utendum, suprimens ammonicionem uite sue, asserens ipsum uita et moribus anteyre. ⁴⁰In fine autem epistole sequitur: ⁴¹Omnipotens Deus sua uos proteccionem custodiat adque ad celestis remuneracionem patrie cum multiplici animarum fructu perducatur. ⁴²Ego autem quanta occupatione teneor, breuis testatur epistola. ⁴³Deus incolumem te custodiat, reuerentissime frater.

⁴⁴VII. ⁴⁵Hic namque beatus Leander scripsit beato Gregorio multas epistolas de bautismo et de aliis rebus eclesiasticis. ⁴⁶Composuit etiam multos libros aduersus hereticorum documenta et aduersus arrianorum instituta. ⁴⁷Preterea ad Florentinam sororem suam de institutione uirginum et de contemptu mundi edidit libellum unum. ⁴⁸Item in ecclesiasticis officiis idem non paruo elaborauit studio. ⁴⁹In toto enim psalterio oraciones duplici modulacione conscripsit. ⁵⁰In sacrificiis, quoque laudibus adque psalmis multa ducissona composuit.

⁵¹Scipsit etiam ad fratrem et ad alios multas familiares epistolas, etsi non splendidas uerbis, acutas tamen sententiis.

⁵²Leccio VIII. ⁵³Interim ipse cotidie corpus in Dei seruiicio maceravit ita quod celebre nomen per totam Ispaniam obtinuit. ⁵⁴Ffuit enim uir timore Domini plenus, prudentia summus, helemosinis nimium deditus, in iudiciis equus, in sententia parcus, in oracione iugis, in diuinis laudibus mirabilis, in dubietate diuinorum officiorum ad corrigendum facillimus, omnium ecclesiarum defensor eximius, in conprimendis superbis erectus, in pietate multum affluens, in riuis caritatis ita se carum exhibens quod ex caritate nulli postulanti aliquid denegaret.

⁵⁵Leccio IX. ⁵⁶Ita autem se prestabilem cunctis hominibus reddidit ut omnibus placeret propter Deum et nulli in uirtute existeret infimus. ⁵⁷Ffloruit sub Recaredo uiro religioso ac principe glorioso, cuius eciam temporibus mirabili obitu mortalis uite terminum clausit die tercio ydus marcii, era sexcentesima quadragesima, adque in ecclesia santarum Iuste et Rufine, in qua tota die deseruierat, tumulatur. ⁵⁸Vbi multa beneficia ipsius et beatarum uirginum meritis prestantur, largiente Domino nostro Ihesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. ⁵⁹Amen.

Apparatus criticus

1. sancti – doctoris: festo sancti leandri archiepiscopi C. 3. ecclesie: ecclesie *M*^l. 5. leouigilli : leouigildi C. | radicitus nequiuisset: nequiuisset radicitus C. | sante: sancte C. | constantinopolitani *scripsi*, constantinopolini *M*, constantinopolitanam C. 9. leouigildi: leuigildi C. 10. gothorum: gotorum *M*^l. | arriana: ariana *M*^l. | chatholicam: catholicam C. 11. replectus: repletus C. | ermegildo: ermigildo C. | mausonam emeritemsem: mansonam emeretsensem C. | fulgencium: fugencium *M*. | santissimos: sanctissimos C. | rellegauit: relegauit C. | reditus: redditus *M*^l. 13. dignitatem: dignitate C. 16. quod: quia C. 17. namque: itaque C. 18. commonice: commendatione C. 19. triumphatorem: triumphatorem C. | lecta: leta C. 21. gotice: gothice C. 24. quoque *om*. C. | prefacionis: preffactionis C. | annetit: anectit C. 27. constantinopolim: constantinopoli C. | constringerent: constrigerent C. | iniuncta: iniuncta *M*^l. 28. sicut: sicut C. 29. petitionis: piticionis *M*. | allegoricarum¹ ... allegoricarum: allegoriarum ... allegoriarum C. | excuterem *C*², exponerem *C*¹, protinus *M*. 31. adiunxisti: adiuxisti C. | queque: quoque C. | implicita *scripsi*, implicita *C*, inplacita *M*. 33. recensendam: recensenda *M*. | quod¹ ... quod: quia ... quia C. | debui: habui C. | set *om*. C. | petente: petentem C. 34. repererit: reperierit C. | hec: hoc C. | ignorat: ignoras C. 35. per dictam: perditam *M*^l. | susceperat: suscepera C. 37. et humilitatem *om*. C. 39. mitit: mittit C. | et *om*. C. 41. uos: nos C. 42. occupatione *scripsi*, occupatione C, occupacio *M*. | breuis: breuius C. 43. reuerentissime: reuerendissime C. 44. vii: lectio 7 C. 45. hic: hinc C. | bautismo: baptismo C. | de² *om*. C. | ecclesiasticis: ecclesiasticas C. 46. documenta: dogma C. | aduersus² *scripsi*, aduersus *C*, aduesus *M*. 47. contemptu: contentu C. 51. scripsit: scripsit C. | etsi: et C. 53. ita quod: itaque C. 54. helemosinis: ehelemosinis *M*^l. | facillimus *scripsi*, facilimus C, facillius *M*. | conprimendis: opprimendis C. | exhibens: exhibens C. 55. leccio ix *om*. C. 56. nulli: nullis C. | infimus: infimius *M*^l, infirmus C. 58. uirginum: uirginu *M*.

Fontes

3. matre turtura: Vita Isid. I,2. 3-4. leander – genitus... nacione – excellentissimus: Isid. uir. ill. 28 l. 1-5. 5-7. cumque – exponeret: Vita Isid. II,6. 9. armis – inperterritus: Vita Isid. II,10. 10. ffide – conuersa: Vita Isid. IV,14. 11-13. leouigildus – infernum: Rod. Xim. hist. 2,14 l. 33-43. 15-16. et – meruit: Greg. M. dial. 3,31,6. 17. ueniens – infirmitate: Vita Isid. III,11. | precepit – obediret: Rod. Xim. hist. 2,14 l. 55-59. 19-20. mortuo – fratrem: Vita Isid. III,12. 21. qui – martirem: Greg. M. dial. 3,31,7. | tocuis – reuocauit: Rod. Xim. hist. 2,15 l. 9-10. 23. idem – disseruit: Isid. uir. ill. 27 l. 9-11. 24. scripsit – annetit: Isid. uir. ill. 27 l. 17-19. 26. domino – dei: Greg. M. moral. epist. tit. 27. dudum – exposui : Greg. M. moral. epist. 1 l. 1-5. 28-31. tunc – enodarem: Greg. M. moral. epist. 1 l. 44-53. 32. ego – disposui: Vita s. *Leandri* in Burgo de Osma, AC, 2B, 45. 33-34.

quam – ignorat: Greg. M. moral. epist. 5 l. 183-187. 35-39. in – anteyre: Greg. M. epist. 9,228 l. 1-63. 41-43. omnipotens – frater: Greg. M. epist. 9,228 l. 64-69. 45. hic – bautismo: Isid. uir. ill. 28 l. 21-22. 46-50. composuit – composuit: Isid. uir. ill. 28 l. 8-20. 51. sscripsit – sentenciis: Isid. uir. ill. 28 l. 22-25. 53. celebre nomen ... obtinuit: Felix uita Iulian. 4. 54-56. ffruit – infimus: Felix uita Iulian. 5. 57. ffloruit – clausit: Isid. uir. ill. 28 l. 25-27. | die – quadragesima: cfr Epitaph. Leand. 13. 57-59. die – amen: *Vita s. Leandri* in Burgo de Osma, AC, 2B, 94-96.

ABSTRACT: The Latin hagiographic corpus around St. Leander of Seville has hardly been studied. This article provides a first study of *Vitae s. Leandri* preserved in manuscripts of Hispanic origin, and the *editio princeps* of two medieval Latin lives dedicated to the figure of this saint.

KEY WORDS: Leander of Sevilla; Hagiography; Liturgy; Visigothic Spain; Medieval Spain.